Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Breviarium cisterciense - Kl. L. 34

[Lichtenthal(?)], [Ende des 13. Jahrh.]

Sonderoffizium de s. Maria Magdalena

urn:nbn:de:bsz:31-94358

Visual Library

Hic locus nempe vocitatur aula
regis eterni. niueaque celi portaque
vite patriam petentes accipit omnes
Turbo quem nullus quatit haut va
gantes. diruunt venti penetrant
que nymbi. non terris ledit piceus
tenebris tartarus horrens. Quesumus
ergo deus ut sereno annuas vultu fa
mulos gubernans. qui tibi summo cele
brant amore gaudia templi. Nul
la nos vite crucient molesta. Sint
dies leti placide que noctes. nullus ex
nobis pereunte mundo sentiat ignem.
Hec dies in qua tibi consecratam con
spicis aram. tribuat perenne gaudi
um nobis augeat que longo temporis
usu. Gloria summum resonet parentem.
gloria natum pariterque sanctum spiritum. dulci
moduletur ymno omne per evum amen.

In festo s. marie magd. ad v.

Ardens est cor meum desiderio videre dominum
meum quero et non invenio ubi posuerunt
eum alleluia. A. Alleluia quem queris mulier alleluia
viventem cum mortuus alleluia alleluia. A. Alleluia
noli flere maria alleluia resurrexit dominus alleluia
alleluia. A. Nigra sum sed formosa filie
ierusalem sicut tabernacula cedar sicut pelles

...ne illuxerit. voce mente adoremus. Ps. Ve.

Salomonis nolite me considerare
quod fusca sim quia decoloravit me
sol. cap. Qui gloriatur. R. Accessit
ad pedes. V. Diffusa est. Ad mag. a.
(Du trasiss / ...re i pasca / Maria stabat. Col. Gaudiu...)
Suavissime universorum domine misericors pi
issime qui omnia sub peccato concludis
ut omnium miserator miserearis miseri
cordiarum in omnibus misceamini nos me
mores de pietatis nimie de fonte ro
gamus supplices ut apud te potenti be
ate marie magdalene suffulti patroci
nio eius te solum exemplo mereamur diligere
multum ut remittas nobis quod heu in
multis et soli peccavimus multum. Invit.
Stella xpm matutinam cum maria
prestolantes ne sola stet foris plorans
nos circa vigilemus. Qui per noctem
in somnis queritando dilexit
huic inventum sibi una pacientes
adoremus. Venite. In i. n. a. ss.
Ingressus domum symonis pharisei
cum egrotis medicus discubuit et ec
ce maria mulier in domum ad medi
cum salutis desiderio facta inpudens
audacter irrupit. A. Que diu la
crimosa ad eum medullitus ingemuit
...a peste mox curatur qui misere la...

mak. fol. 203